



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

De spe Cap. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

quod à Christi lege, quàm perpetua fidei confessio per tot sæcula tenuit, sectæ vel diuersæ leges sint, reuincuntur: enim sola Christi lex, vt probauimus, vera est, reliquæ omnes ab ea diuersæ, falsæ sunt.

36 Tot igitur rationum agminibus, eos qui de fide Iesu Christi, non modò tenacissimè amplectenda, vel imis radicibus defigenda, sed in alios quoq; deriuanda cogitaturi sunt, esse oportet instructos: & vt ipsi primum sibi consulant, ad virtutis tantæ cultum, sic affici debent, vt initio status obedientiæ, Superioribus suis intellectum argumentorum non apperentium cedentem, & non humanis rationibus, sed auctoritati diuinæ parentem exhibeant; & ea disciplina tot in fide progressus facere pergant, vt pro ea tuenda, si felix fors detur, occumbant.

De Spe. Cap. III.

1 **S**pes Theologica est virtus, quæ voluntas (in qua reponitur) auxilio freta ad Deum acquirendum assurgit.

2 Ad

2 Ad cuius definitionis intellectu, quæ de passione spei à nobis dicta sunt, non parum conferent. Fertur quippè Theologica spes in bonum illud immensum, ac ob id arduum, viribus diuinis innixa; & eius actus, erectio quædam voluntatis grãdia molietis est. Nihil enim æquè magnum aliarum virtutum non Theologicarum conatibus animus aggreditur.

3 Ex quo nobilissimæ virtutis huius ingenium dignoscere licet: postquam enim intellectus fidei lumine perfusus, sempiterni boni magnitudinē voluntati proposuit: statim se illa per spem diuinam erigit, confidens, eò se peruerturam: ex quo liquet, quàm significanter Apostolus (spem incedentem) illam appallauerit; quasi suis actibus, velut quibusdã gressibus, in bonum fid. ostensum contendat.

4 Quàm verò utile sit virtuti huic assuescere, grauiora pericula demonstrat; animus enim, qui multis actibus spei, se non exercuit, dum repete aliquo mortis discrimine corripitur, mirum est, quanto opere langueat, & (paulo minus) de-

desperet.

5 Ratio in promptu est; cum enim per quam rarò, eiusmodi grauissima pericula instent, qui in eis duntaxat euentibus, spem exercere meminit, hebes est more gladij, qui diu superius rubiginem contrahit, ac ægre distringitur.

6 Qui verò eiusmodi actibus assuescit, quandam benè affecti animi præparationem, ad omnem euentum acquirat, quæ propria iustorum est, qualem Propheta commendauit aiens: Paratum cor eius sperare in Domino: cuius fructum mox adiunxit: Cõfirmatum est cor eius: non commouebit, donec despiciat inimicos suos.

7 Hæc profectò utilitas maxima est, quæ hominè cordis stabilitate, quasi dicamus, stabilibus bonis locupletat; quæ sanctorum possessione lætabatur Apostolus aiens: Quam sicut anchoram habemus animæ tutam, ac firmam,

8 At quam pariat delectationem spes immortalitatis immota, ipsemet Apostolus indicauit, cum dixit: Spe gaudentes; nihil est enim, quod animum inter medias mundi procellas fatigatum ita recreet,

recreet, exhilaretque, ac firma regionis
viuorum expectatio.

9 Spes hæc vires suggerit, ardua quæque
adoriri facit; & præ gaudij magnitudi-
ne, omnium aliarum voluptatum con-
temptum inducit.

10 Honesti verò laus in hac exelsa vir-
tute tanta est, vt animos generosissimos
creet: ac omnem propriæ vilitatis me-
moriâ expugnet; quasi enim nullo
carnis pōdere animus premeretur, va-
lidissimè in Deū extollitur: sicut scri-
ptū est: Qui sperant in Domino; muta-
bunt fortitudinem, vt aquilæ volabūt,
& non deficient.

11 Sublimè ergò virtute hac fratres no-
stri accuratissimè colant, & occasiones
rarius occurrētes, ipsi sua sedulitate præ-
uiniāt nec solū ea cōmuni, & valde lēta
spe, quæ Christianis multis satis esse vi-
detur, cōtēti sint: sed eo pertingere nitā-
tur, vt in desperatissimis quæque rebus, spe-
rare p̄discāt, more illi⁹, qui cū immēsis
calamitatibus obsessus, à Deo repulsus,
ab amicis vexatus, ab vxore ad despera-
tionē impuls⁹ & sibi ipsi grauis effect⁹
mortē ad singulos ferè halit⁹ expectaret
aiebat

aiebat : Etiam si occidat me, in eo sperabo.

12 Si enim nossent homines, quàm Clemendissimo Deo dignum, parceretis, ob infinitam misericordiam magnitudinem, & quàm facile sit ei subito pauperem honestare, non dubium, quàm è medijs teterrimorum peccatorum fluctibus, fidentissimè respirarent.

13 Et quidè cor illud Dei nobilissimum decet, magna largiri, & ad ipsius gloriam quo cuncta opera sua refert, apprimè facit, sperantibus propitiari. Cum enim intuetur hominem multis pessimorum scelerum millibus obnoxium, quem propriorum conscientia peccatorum accusat, nihilo secius, de diuinam bonitate tam excelsè sentientem, vt veniam sibi certò promittat, quantum cõijcere licet, sic agere videtur.

14 Peccator hic ære alieno supra vires grauatus, nunquàm nisi de me ad iram prouocando cogitauit: & tamen nunc, quando pœnam de illo sumere paro, in me firmiter sperat. Perfecto, cum certò sciat, conscientia testimonium perhibente, se veniam non mereri, non ita fidè-

ter

ter in me spē totam suā collocaret, nisi me nobilissimum, & ad indulgendum propensissimum certò sibi persuaderet. Parcā ergò ei: & quoniam in me speravit, liberabo eum: protegam eum; quoniam cognovit nomē meum. Porro sic multis errata condonavit.

15 Ex quo fratres nostri diuino munere non iam tantorum scelerum rei, cognoscent, quàm turpe, ac Iesu Christi famulis indignum sit, alia minora, hoc est, alicuius passionis victoriam, vel virtutis obtentum, nō firmissimè sperare: sed actus, quibus hæc virtus exercenda est, præscribamus.

Exemplum.

Clementissime Deus, firmissimè spero, me tandem ex auxilio, & bonis^t operib⁹ gratia tua præstitis, gloria sempiterna fruiturum.

Annotatio. Spes, qua sola misericordia, sine operum bonorum opposito nititur, in præsumptionem degenerat.

Tametsi grauissima peccata commiserim, liberalissime Domine, procul dubio

dubio veniam indulgebis.

Quamuis ad horas singulas in multas culpas deformiter labar, certe Christianam perfectionem, te iuuante parabo.

Etiamsi licenter nimis, grauiora peccata perpetrarem, tu, mitissime Iesu Christe educeres me de lacu miseriae.

Quamquam solus, ego peccatorum omnium, quae ab ineunte mundo commissa fuere, reus essem, tu, benignissime Deus, libenter ignosceres.

Spero equidem, tuo munere, misericordissime Domine, omnem à me vitam huius difficultatem superandam, & in terra uiuentium me semper victurum.

Si consistant aduersum me castra, & exurgat contra me praeliū extremū, ac inferni portis videar propinquare, adhuc misericordiam tuam magnam expectabo.

17 Huiusmodi actus validè producendi sunt: vix enim credi potest, quam viriliter, his moribus cor auxilio diuino fretū erigatur. Sed tertiā capituli partē, ad vitium, passionemque, ac tentamenta desperationis extingueda, subijciamus.

18 Ad omnem vitiorum, passionum, & tētationum incursum animosè propulsandum

tantum rationes plurimæ suppetunt, aded efficaces, & ad cor benè afficiendū opportunæ, vt saxa quoq; mouere possent: at nostras, inter omnes, potētissimas subdemus.

19 Prima. Deus, tametsi nec Incarnationem, Passionem, ac mortem vnigeniti filij sui, nec sacramentorum remedia, nec Beatissimæ Virginis, ac sanctorum patrocinia hominibus prouidisset, sua tantum bonitate, ac naturali ad benefaciendum propensione spectatus, misericordissimus est, nec bonitatē ac misericordiā suā operibus alijs æquè sublimiter, ac parcendo manifestare potest: supremus quippè bonitatis, ac misericordiæ gradus est, ijs benefacere, à quibus irrogatur iniuria: Cum ergò propter sempiternū, hoc est, ad manifestandā bonitatē suā omnia opera^o sit De^o, & nihil ad eum finem diuinæ gloriæ, ac manifestationis æquè conferat, ac hominibus, præsertim grauissimis peccatoribus, misereri: certò sperari poterit præstiturum esse petentibus veniam, daturum gratiam, & gloriam.

20 Augetur vis rationis vehementer.

Propen-

Propensior est Deus ad benefaciendum quam ignis ad comburendum: si ergo ignis quoties nihil contrarium obstat, materiam quamvis appositam exurit. Deus quoque, quoties nihil obstitit, miserebitur: at nihil obstat, quoties homo serio vult, ut Deus illius miseretur, & gratiam quoque largiatur: Sperate ergo poterit, peccatoribus etiam sceleratissimis, si serio velint, eum errata condonaturum.

21 Sed adhuc accommodatius vim rationis ponderemus. Nemo unquam ab initio mundi, tam perditè fuit deditus vino, vel intemperantiæ, qui æque illa voluptate delectaretur, ac oblectatur Deus miserendo: Si ergo ebrius vel intemperans non solum voluptates suas libèter captat, sed rapidè ad illas fertur: Deus quoque sine ullo tantæ Maiestatis dedecore, immò summa cum dignitate, ad captandam illam suam miserèdi voluptatè festinus accurret. Certe rē probavit euentus: propterea quippè misit eloquiū suū, hoc est, filiū suū terræ: quia celeriter miserendo delectatur erat autè ad rē filius eius, quia velociter

curr

currit sermo eius.

22 Iam igitur, si Deus cum miseretur, ré efficit sibi honorificam, id est, ad sue gloriæ famam conducentem, naturæ ac palato proprio consentaneam, propterea delectabilem; addamus etiam, utilè: lucratur enim tot famulos, quot hominibus miseretur: quis aded sit rudis, vel insanus, qui spem inconcussam non altè concipiat, & de munificētissimo Domino, quicquid seriò postulauerit, sibi promittat?

23 Secunda ratio. Clementissimus Deus ab æterno (vbi nulluseum deprecari potuit, cum mundum minimè creasset) sua bonitate propensus præuidens Adæ lapsum, Iesum Christum Redemptorè nostrū incarnari decreuit, & vbi venit plenitudo tēporis, ille ex Beatis. Virgine incarnatus, & natus, per annos. 33. incommoda multa passus, demum toto sanguine profuso, meam à Patre salutem emit, & pacto pretio semetipsum totum ita pro me vno Patri obtulit, ac si de nullo alio redimēdo cogitasset, quod est idem, ac si diceremus; Ita pro me Christum totius sanguinis pretium
 E obtu-

obtulisse, vt nō minus pro me totus ille sanguis effusus fuerit, quam si pro alio nullo illum Christus effudisset: nec magis à me vel vna eius sanguinis gutta diuertatur, quàm si præter me, nemo redimendus fuisset: quod sensisse videtur Apostolus, vbi ait: Viuo in fide filij Dei qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me: aliquid enim peculiarius sensit, quàm vbi dixit; Qui dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis.

24 Statuamus ergò (ad vim rationis expendendâ) proposito, totius sanguinis laborum, ac mortis pretio, Iesum Christum pro me vno, Patrem interpellare nec ab eo, per sudorē horti sanguine aliorum hominum remedium, sed saluam salutem meam, cum clamore vado, & lachrymis deposcere; tantum est enim: nec interpellatio pro alijs, negotij mei expeditioni quicquã adempta.

25 Quis ergò sit tam delirus, qui dum hæc meditatur, non fortissimè, si iacens resurgat, & corde medio spem quam inuidiissimã condat? Profectò ratio non modo egris salutē, sed mortuis quæ vitã restituere potest: & obstin

cordis argumentum est, efficacitate tā-
ta non vrgeri.

26 Tertia ratio. Præter excellentissimā
Dei charitatem, quā nobis exhibuit in
Christo, qui spei nostræ fundamentum
est: ipsemet Christus multa dixit ad spē
nostram excitandam opportunissima,
quale illud: Petite, & accipietis, quærite,
& inuenietis: pulsate, & apparet vobis:
Omnis qui petit, accipit, & qui quærit,
inuenit, & pulsanti apperietur, quod est
grande promissum. Sed illud est maxi-
mum: Quicquid petieritis Patrem in no-
mine meo, dabit vobis. Certè quasi au-
ctor impetrandi, quæ poscimus, suppli-
cium libellorum formulas nomine suo
notari consuluit.

27 Cæterum illa pollicitatio āplissima,
& ad corda deiecta suscitanda validissi-
ma est, quam per Marcum Euangelistā
exposuit: postquam enim sic præfatus
fuit: Habete fidem Dei: Amen dico vo-
bis, quia quicumque dixerit huic monti:
Tollere, & mittere in mare, & non hesi-
tauerit in corde suo, sed crediderit quia
quicumque dixerit fiat: fiet ei. Post hāc in-
quā præfationē adiecit: Propterea dico

vobis, omnia quaecumque orantes petitis
 credite quia accipietis, & eueniet vobis
 28 Profectò verba hæc ad animos ex-
 mulados & spei robur ipsis quoque fra-
 ctis cordibus inferendum tam appositum
 sunt, vt aptiora excogitari non possint
 ille quippè dicendi modus: Propter
 dico vobis, quasi quoddam fidelissim
 Iesu Christi chyrographum est; quod
 debilibus, etiã hominibus veluti ob-
 gavit: hanc præfertim ijs verbis ab e-
 conditione requirens, vt non iuxta
 priã fragilitatẽ, sed vt Deo dignum e-
 benè de bonitate illi⁹ opinentur; & cre-
 dant, ipsum velle largiri quæ postulant
 quod quàm sit rationi consonum, si-
 euincimus.

29 Nullus in orbe toto Princeps me-
 ocriter liberalis, aut pius est, qui die
 talis sui vel alio festiuo tempore po-
 ceatur se quibuscunque petentibus
 gẽteum nummum donaturum, mo-
 fidenter poscant, existimantes eum
 le stare promissis; qui non præstet, qu-
 promittit: nec in hoc genere à quoc-
 prudẽter dubitari potest, vel si post-
 res agatur, tametsi Princeps ille aliq-
 g-

genti detrimentum fit passurus.

30 Si ergò summus ille rerum Princeps, qui iacturam diuitiarum suarum facere nequit, immò (humanum dicimus) quo plura donat, eo locupletior est, pollicetur se postulata, quæ solo nutu præstare potest, largiturum: quis ad eò mētis impositus erit, qui firmissimè nō speret, ac postulet? immò, qui quæ postulat, nō prorsus obtineat?

31 Iam igitur, si Deus natura sua ad benefaciendum propensissimus est, quod prima ratione constitit, & sponte sua filium suum vnigenitum, vt ego in petre bona, quæ posco, morti acerbissimæ tradidit, quod secūda ratione patuit: ac denique filius ipse Deus, ac Redemptor noster, ad largienda, quæ postulo, amplissima, & se dignissima pollicitatione se ipsum astrinxit: oportet sanè, aut me à Christiana disciplina, quin & à rectæ rationis vsura longissimè abesse: aut æternæ salutis quæ posco bona, constantissimè sperare.

32 Extot ergò, ac tantis spei nostræ firmamētis fratres nostri per quotidianos & multiplices huius virtutis actus, foelicit

citer agere, ac nouis progressibus inu-
lescere curent.

De Charitate.

Cap. IV.

1 **C**haritas filiorū Dei nota, quæ Hieru-
salem à Babylone discernit, est vir-
tus, quæ voluntas hæret Deo, propter
suis bonitatem.

2 Est virtutum omnium princeps, ac Do-
mina, quæ à Theologis forma virtutum
appellatur; quæd virtutes ceteræ, ipse
quoque Theologicæ, de quibus egimus
rude quiddam, & informe sint: nisi pulche-
rima diuinæ Charitatis formâ decorentur.

3 Cum enim, hæc excellentissima vir-
tutis, sit vera Dei amicitia, necesse est quæ
quid eò non pertingit, deforme quiddam
esse: vtpote, cui desit purus ille cordis affectus,
qui non sua, sed quæ Dei sunt, sine
vllius proprii boni respectu perquirunt.

4 Ex quo fit, vt Charitas ipsa, more
quæ pullos suspendentis elata, ceterarum
virtutum actus, ad veri Solis aspectum
tollat; vt quod per se perferri nequiret
nobilissimam virtutis huius directionem
pertingant.

5 Quamobrem merito Apostolus
quæ